



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. XXX. Angeli Altarivm custodes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

Hier. epist. 17. c. 3. & in c. 52. lsa. & 11. Ezech. ex Ioseph. 1. 7. de bello Iudaic. cap. 12. ait, quod aperte repente ianuis templi, & sponte reseratis, quas multi homines claudere vix poterant, ex adytis templi auditæ voces Angelorum & cœlestium virtutum, quæ ibi prius in prefido erant: Transmigremus ex his sedibus. Quod contigit paulo ante templi euersionem. Iam vero si in Iudaico siue Tabernaculo, siue templo commorati sunt sancti Angeli, quanto magis in Christianorum Ecclesiis, quæ omnibus modis sanctiores sunt, sedem domiciliumque suum fixerunt? 1. Cor. 11. v. 10. Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos. hoc est velamen, capitatis operimentum, quod est insigne subjectionis mulieris erga virum, & potestatis viri supra mulierem: Ergo tegendum & operiendum mulieri caput propter Angelos: Quos illos? An dainnatos? sicut aliqui inscienter putauerunt, quasi in illorum concupiscentiam exardescerent, aut parati ad seductionem, eas ut infirmiora vascula petulantius pertentarent. Rectius alij Sacerdotes intelligunt, qui per translationem in Scriptura Angelii appellantur. Optime qui de beatis spiritibus in templo degentibus accipiunt, ut Sanctus Hieron. & Chrysost. Orig. Bernard. de vita solitaria.

C A P. XXX.

ANGELI ALTARIVM

custodes.

Quid quod beati illi spiritus non modo tempora incolant, sed singulas etiam aras custodian? Sic enim legimus in Prato spiritali c. 4. Narravit nobis Abbas Leontius canobii S. Patris nostri Theodosii Dux dicens: Quodam die Dominico descendit in Ecclesiam, ut acciperet S. mysteria. Ingressusq; vidi Angelum stantem ad dextrum altari cornu, & magno pavore correptus, resersus sum in cellulari meam.

Femine in
tempulis te-
cta ob san-
ctorum an-
gelorum re-
uerentiam.

meam. Et venit mihi vox de cœlo, dicens: Ex quo sanctificatum est altare istud, ego iugiter illi astare iussus sum.

§. Et rursum ibidem cap. 10. Postquam ascendit Abbas Barnabas ex spelunca sua ad Turres, cum fuisset ibi aliquantulum temporis, Anachoreta quidam alius abiit ad speluncam ipsius, ingressusque vidit Angelum Dei stantem super altare, & fecerat senior, atque sacrauerat. Atque ad Angelum Anachoretam: Quid hic agis? Cui Angelus ille. Ex quo sanctificata sunt ista, à Deo ipso mihi credita sunt.

C A P. XXXI.

SACRAE RELIQVIÆ VENERATIONEM
nem reuerentiamq; afferre debent Ecclesiastici.

Reliquiæ etiam & Sanctorum lipsana in templo honorificè condita, & illud templum exoriant, juxta sententiam S. Aug. serm. 256. de Tempore. Adhuc, inquit, amplius agenda sunt gratia Deo nostro: Hanc enim Ecclesiam, quam fecit nomini suo construi, fecit etiam Sanctorum Martyrum reliquiis amplius honorari.

Templas.
Reliquias.
ornanda.

§. Et simul mirum in modum eadem reliquiæ pie-rate in nostram prouocant & inflammant: fuerunt enim illa lectissima S. Spiritus templo, membra Christi, 1. Cor. 6. v. 15. & omnimodæ virtutis organa & instrumenta Rom. 6. v. 13. in quibus, quasi spirantes adhuc Sanctos & nobiscum degentes, intuemur, admiramur, colimus, atque utinam & æmulemur.

§. Praeclarus Auctor Magnetes ante annos mille ducentos l. 4. contra Theostenem: Manifestum est, inquit, quod ossa Sanctorum non sunt mortua, sed potius plena virtute. Si enim simbria propter illum, qui ferebat eam, credenti dedit virtutem sanitatis, & solo tactu curationem fecit, Matth. 9. v. 20. & c. 14. v. 36. quo modo non dicamus Sanctos simbriis in animis honoratores, non posse iis; qui sine ylla dubi-